


ORATIO IN SE
CVNDA SESSIO
NE CONCILII LA
TERANENSIS.



REVEREN. IN CHRISTO

Patri & dño domino Tho. S. R. E. t. S. Mar
tini in montibus Presb. Card. Strigoneñ.
Procurator ordinis p̄dicatoꝝ. Seruus. S. D.



D. xvii. Kal. Iun. qui dies secundam Con
cilio sessionem in eade præbuit Lateraneñ.
cum alia habuimus illius solennis & sacra
tiss. lucis grata monumenta, tum illud maximũ, q̄
tu eodẽ die ac loco Romæ tũ primum, diuinas res
publice peregisti, magna quidem apud deũ, ut cre
dimus ob tuã uirtutem gratia, sed nõ minore apud
homines, ob uirtutis opinionẽ, laude & existima
tione, quanq̄ enim tuũ nomen ubiq; apud oẽs pro
batum sit ac clarum, Romæ tamen apud bonos &
graues clarissimũ certe & probatiss. est, Eo itaq; die
quo de rerũ summa grauiter constituendum erat,
Conciliũq; ipsum, patrũ sententia, in aliud tempus
differendũ, cum rite a te & sancte misteria sanctiss.
celebrata essent, tũ pulpitũ (ut scis) ascendit meus
& totius Prædicantiũ ordinis generalis magister, uir
tũ religione & doctrina singulari, tũ prestanti excel
lencia animi atq; ingenii, Quod quidem quasi geo
metricam quandã uidetur habuisse rationẽ, ut ille
sui ordinis primus secundæ sessionis Orationem
pronuntiauerit, tu secundi ordinis in Senatu prin
ceps, primis in hac Vrbe mysteriis publice fueris
initiatus. Verum cũ hæc ipsa Oratio diues optima

rum sen
iudicare
boni uir
duxi, si
eandẽ C
tissimum
ut & illa
autorita
esset mu
rationis
notescer
rimonia
ora hom
autorita
lebritatẽ
aduentu
attulerit
tant, be
sustinere
qui tuo
stiana fi
illos put
iusce ten
machet
bus paco
samq; e
ce, Greti
candæ,

350

rum sententiæ & luculenta, digna a summo Pont.
iudicaretur, quæ in acta referretur: multiq; illam
boni uiri quottidie efflagitarent, opere prætiū fore
dixi, si ego qui Prædicatoꝝ ordinis hic res curo,
eandē Orationem priusq; ab aliis legeretur, tibi po-
tissimum dedicarē. Feci igitur, & perq; libenter feci,
ut & illa tui nominis inscriptione illustrata, maiore
autoritate in publicū prodiret, tantiq; uiri presidio
esset munitior, & meæ erga te obseruantię ac uene-
rationis magnitudo/hoc primo testimonio tibi in-
notesceret, Sed & aptum uisum est, cū illius diei ce-
rimonias coniunctim egissetis, ut non separatim in
ora hominum perueniretis, Quanq; tua uirtus &
autoritas multo maioribus & grauioribus rebus ce-
lebritatē promerita est, Scimus enim tuus in urbē
aduentus, quantam spem lætitiæq; bonis omnibus
attulerit, qui pacem quidē & salutem continue op-
tant, bellum aut diuturnū & infestum coguntur
sustinere, Subit nanq; multos qui uirtutes amant,
qui tuo exēplo crudelia bella abhorrent, qui Chri-
stiana fide infidelibus armis infestissimi sunt, subit
illos puto fastidium incredibile, cum uideant hu-
iusce temporis scelera & ruinas. Quis enim nō sto-
machetur, uacare Christianos intestinis dissensionibus
pace tocies attentata, nunq; uero firmata, elap-
samq; e manibus fuisse occasionē retinendę Affri-
cę, Græcię, atq; Asię in libertatē & religionē uindi-
candæ, Ad quā Christianoꝝ uecordiā ne forte pu

A 2

*Turcorum rex
caesar impio*

temus deū dormire, omitto reliqua que domesti-
ca sunt: Ecce nup Turcharū rex senex inualidus, &
impio, & pecunia, & exercitibus cessit, p̄ter omniū
opi. filio etate tertio, iuueni ferocissimo, & xp̄iani
sanguis appetētissimo, qui magno donatiuo cōcilia-
tis sibi militū animis, aditūq; ad fēdus suum scythi-
cis natōibus nihil nō ausurus breui timeat. Iure hoc
quidē optio factū est, ut xp̄iani q̄ oblatā occasiōē
iustitię atq; laudis cōtēpserunt, q̄q; nup recuperatā
fere Affricā, totā itēq; canibus illis abripiēdā deuo-
randaq; obiciūt, iuste inq; factū est, ut ii q̄nq; de
p̄nti suo impio trepidare cogāt, q̄ imperiū xp̄i nec
amplificare studeat, nec defendere, quin illud potius
& uitius oppugnare, & labefactare dissensioibus nō
querent, sed de iis satis, Melius enim lōge tu q̄ ego
aut quisq; hęc nosti & cogitasti, q̄ppe q̄ a puero ac-
ceptas cōtra Turchos inimicitias, & ab incunabulis
susceptā fatiss. fidei tutelā & defensionē, adhuc ppe-
suam retinuiisti, ppeaq; in hęc urbē uenisti, ut paca-
uitis uniuersis, nō solū iis ptibus que fidei sunt cōsu-
pleres, sed etiā illis que infidelitatē & discordiā alūt,
in uehementissime te opponeres. Sed redeo ad orōnē,
que mihi cū doctissima uidetur esse, tū ita largiter
et ampla, ut nō tantū que p̄ntis cōciliū sunt, sed oīum
cōcilioꝝ uim/autoritatē rōnemq; amplexa uideat.
Quā cū tua amplitudo benigno uultu acceperit,
existimabimus magnū & illi ornāmētū, & nō ordi-
ni uniuerso ex tua beneuolentia accessisse. Vale.

22

ORATIO REVEREN. PATRIS Fratris Thomę Deuio Gaietani / sacrae Theo. Profess. ac totius ordinis Prędi. Generalis Mgri, habita Romę in secūda Sessio- ne Cōcili Lateran. xviij. Ka. Iun. M. D. xii.



Vm animaduertam / Iuli. II. Pont. Max. reliquas oēs ecclesiasticę Reip. cōsuetudines actionesq; singulas esse singulis ecclesię partibus accōmoda- btas / generales uero synodos uniuersalem ecclesiam ppenitus respicere, eamq; tanq̄ finem sibi proprium quattendere, existimaui me facturum rem & utilem & oī omnibus gratam, si hodierno die / primū de ecclesia oī ipsa, deinde de synodis huius temporis / illarumq; differentia ac diuersitate dicerem. Sed cum iis die- bus ex hoc loco uiri doctiss. qui hoc oratorio mu- nere magna cum laude perfuncti sunt, de iis fere rebus uerba grauitate sapienterq; fecerint, ego qui ingenio illis / & doctrina inferior sum / quo meis ui- ribus minus cōfido Pater sancte: teo humiliter atq; propensius tuam humanitatem & clementiam mi- hi propitiam esse / & summissè oro / & suppliciter pe- to. Sed quoniā nihil est / quod homo de semetipso sine auxilio opeq; diuina possit polliceri / ad glorio- sam ipsam uirginem dei matrem primum conuer- titam Orationem meam. Ave Maria. &c.

Vale

Quoniam dilectus Christi discipulus & euange-
lista multa nobis ex prophetica illa mysti-
caq; uisione nuntiare instituisset, de deo,
de agno, de dei agniq; gloria, deq; uenturis preteri-
tisq; temporibus ac rebus diuinitus retulit, atq; is etiā
Christianam Remp. & ecclesiam contemplatus, in
hunc modū ipse, aut per ipsum potius sanctus Spi-
ritus locutus est. Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem
nouam descendentem de celo, Magna profecto &
diuina maximaq; insuper atq; omnem humanę ra-
tionis terminum exsuperantia Ioannes uidit. Vidi
inquit ciuitatem, uidi sanctam, uidi Ierusalem, uidi
illam nouam ac de celo descendentem, Quę est
ista ciuitas / quam Ioannes uidit : Quę est ista /
quam magister discipulo, Christus apostolo, Spi-
ritus sanctus euangelistę / ac uati figuris & allego-
riis reuelauit? Certe ciuitas hęc Christianę Remp.
Virbs est, quę non uallo aliquo terreno, non cadu-
co muroꝝ meniumq; ambitu cincta est, sed multi-
tudine copiaq; innumerabili clausa est, ac permuni-
ta. Quantū enim huius mundanę sapientię antisti-
tes, certo quodam & prescripto ciuium numero ci-
uitates constitui oportere arbitrati sint, nimiamq;
& nimis late diffusam multitudinē summouerint,
neq; inter centies centena milia (ut ipsi aiunt) cō-
mertium fieri posse ullum existimauerint, solū ta-
men Christianum genus tanta tāq; mirabili a deo

optim
tatisq;
unita
tu spac
terraru
denda
mis re
bus ip
inter s
spiren
cisq; in
stiana
fectiss
era, qu
ta sur
nerati
lios b
nicati
de diu
robor
ordin
fessio
luend
autem
hec ci
habet
docto

ord
latiss

optimo maximo, cognationis, necessitudinis, socie-
 tatisq; copula, deiunctim ac coniunctim est, ut in
 unitate maximam multitudinē, unius urbis ambi-
 tu spacium ampliss. in una deniq; ciuitate totum
 terrarum orbem complectatur, Nam cum in con-
 denda & constituenda qualibet ciuitate duo in pri-
 mis requirantur. Primum, ut partibus suis omni-
 bus ipsa constituatur Resp. Deinde, ut eę partes
 inter sese ciuili amicitia quadam & cōsensione con-
 spirent, licet cognoscere, quomodo priuatis publi-
 cisq; in rebus, ambabus iis partibus nostra hæc chri-
 stiana ciuitas excellat, q̄ enim ea partes oēs per-
 fectiss. Reip. habeat atq; contineat, ea inprimis sa-
 cra, quę sacramēta appellamus ostendunt, quę tan-
 ta sunt efficacitę & uirtutis, partim ut hominum ge-
 nerationes matrimonio propagent, partim deo fi-
 lios baptisimate ut gignant, tum ut genitos cōmu-
 nicatione corporis Christi alant & uegetent, dein-
 de diuina chrysmatis uirtute corroborent, ubi cor-
 roborauerint, potestate atq; autoritate ecclesiasticis
 ordinibus augeant, mox aliquo errore lapsos con-
 fessionē restituant, & postremo humanis culpis ab-
 luendis sancti olei unctiōe perungant. Pręter hæc
 autem diuina & præclara munera, multa habet alia
 hæc ciuitas cumulatissime, Habet nanq; apostolos,
 habet euāgelistas, habet prophetas, habet pastores,
 doctores, martyres, habet sermones scientiæ, sermo

duo req
 eunt ad ciui-
 tate cō de dñ

ordines diuersos in bñ adunatos q̄ polimta Joseph veri de quo
 latissim. bez. apologia ad abbatē guillem. §. 266. co. 4. p̄ 7

nes sapientia, genera linguarum, interpretationes
sermonum, discretionem spirituum, gratiam sanita-
tum, fidem, uaticinia, miracula, & eam celum clau-
dendi, rursusq; aperiendi potestatem, ut quicquid
in terris ligauerit, quicquid soluerit deniq; id con-
tinuo in celo dissolutum uel ligatum sit. Et q̄q̄ hec
magna maximaq; sint, satis tamen non nō fuit tot
tantaq; ecclesiam habuisse, nisi & angelorū reuela-
tiones, illuminationes, defensionescq; habuisset.
Quibus omnibus actionis nostrę contemplatio-
nisq; studia, non tueri modo ac defendere, sed pro-
pensius etiam & augere, & ornare, & perficere co-
natur. Ciuitas igitur hec diuina illis reip. partibus
illustratur, quibus nulla unq̄ alia uel melioribus
uel ornatoribus illustrata est. q̄ autem ciues ipsi
arctius in hac copulatiq; q̄ in ciuili alia cōmuni-
tate deuiantantur, uel hinc patet manifeste, q̄ nō
iam ciues sunt aut aduene, sed ciues sanctorum, sed
domestici dei, sed membra christi, & ita unius eius-
demq; mystici corporis membra, ut alii aliis & mē-
bra sint, & quem admodū sunt, mutua sese cōmu-
nicatione ac societate confoucant. Cum igitur hec
ciuitas ex perfectissima reip. partibus perfectiss. cō-
stituatur, ipsiusq; ciues interiore & cognatiore, q̄
omnes alię societates genere colligentur, patet certe
hanc urbem aliis esse digniorem, perfectiorem, ex-
cellentiorem, ipsamq; prestare omnibus honore

mg lob

2

ephe. 2

1. cor. 12

27

decore, &
ne ac feli-
prium es-
te uiuere
habere cu-
quidem.
atis est/o-
uero no-
autem C-
christian-
ita sint, n-
stolo C-
moratur
mox ext-
put om-
ego quo-
Sanct-
Dyonisi-
fectaq; n-
antiquo-
in deo u-
rerum n-
deus tar-
uendica-
dei sub-
Nam q-

decore, & quod maximum est, humana beatitudi-
 ne ac felicitate. Quanq̄ enim cuiusuis ciuitatis pro-
 prium esse uideatur, sufficienter ex se beneq; ac bea-
 te uiuere, nulla tamē alia nisi hęc nostra hoc ipsum
 habere cumulate ac largiter potest, sed ne imitari
 quidem. In aliis nanq; finis ciuiliſ amicitię & socie-
 atis est / optima inter se hominū coniunctio / in hac
 uero nostra / in qua heredes dei omnes, coheredes
 autem Christi sunt, ad deum ipsum / ut proprium
 christiani generis finem cuncta referuntur, Hęc cū
 ita sint, recte Christi ecclesia / nō tam ciuitas ab apo-
 stolo Christi q̄ ciuitas sancta a uiro sanctiss. cōme-
 moratur. Id autem: patres: ut nūc uos alloquar,
 mox extrema oratione ad hunc summum Pont. ca-
 put omnium reuersurus, id inquam patres: qua &
 ego quoq; ratione demōstrauero, queso intelligite.
 ¶ Sanctitas ipsa, ut a diffinitione incipiamus, utq;
 Dyonisio Aryopagite placet, imaculata libera per-
fectaq; munditia est. Proinde tametsi hoc summis
 antiquorū nostrorumq; rationibus firmatum sit,
 in deo uniuersorum autore & gubernatore, omniū
 rerum naturas / excellentias / dignitatesq; consistere:
 deus tamen ipse prę iis omnibus propriam ita sibi
 uendicat sanctitatem, ut etiam summi philosophi,
 dei substantiam munditia & sanctitate definirent.
 Nam quum inuisibilia dei per ea que facta sunt,

→ hęc

scitib 45

26

B :

sempiternam quoque eius uirtutem ac diuinitatem
intellectu conspicerent, uellentque dei naturam & uo-
luntatem ac quicquid in deo est unica aliisque rebus
incommunicabili proprietate exprimere, non uirtu-
tis quidem, non diuinitatis / aut reliquis tantę ma-
iestati cōsentaneis nominibus usi sunt, sed mundi-
tię & sanctitatis significationibus. Solam enim dei
tatis substantiam a totius potentię, macula & labe
liberam remotamque esse perpendentes, illamque ob
id esse dicentes actum purum, eandem certe ipsam
diffinitione hac mundissimam esse sanctissimamque
dixerunt. Nec mirum si talis tantaque sanctitas, tan-
tum in mentibus hominum & numinis habuit &
maiestatis, quando quidem intelligentiis etiam bea-
tis, quas angelos dicimus, hymnum carmenque deo
propriū constituat. Angeli namque atque Archan-
geli Cherubin quoque & Seraphin repetitis ingemi-
natisque uocibus, sanctus, sanctus, sctus proclamant.
Quo fit ut dei quoque ciuitatem, in qua magnus do-
minus est, deceat sanctitudo. Atque hanc partē, quę
paucis demonstrari potest, breuissime ostendam.
Omnibus rebus tum natura tum arte constitutis;
hoc principio attributum ingeneratumque est, ut cū
alię aliis iungendę sint, pari mutuaque dispositione /
ac similitudine conueniant. Hoc ipse formę secun-
dum materię recipientis merita distributę testatur.

domini tua de ref. Et ad
ps. 92.

no

Hoc ad
apposite
stant. De
ita dicat
subiectę
nus, siue
amica in
giue nō
deo sit,
res ipsa
at, nem
deo cōi
latāque
tur ac in
mente
& xps
omni u
uirtute
neque u
neque p
re sepa
lestiū u
ceteris
Sati
ctitate
sancto

Hoc ad propria peculiariaq; munera obeūda, aptæ
 appositeq; nostrorū membroꝝ habitudines manife
 stant. Deniq; hoc cōfirmāt innatē materiis ipsis, ut
 ita dicam, patientiē, quibus ipsę res hoīum artificio
 subiectę obtēperant. Hęc nāq; oīa & reliqua id ge
 nus, siue natura, siue arte cōponēda sint nisi primū
 amica inter se cōsensione cōueniant, cōponi cōiun
 giue nō possunt. Cū igit̃ sanctitas & mūditiā ppria
 deo sit, illiq; cōueniat maxime, cūq; coniungendas
 res ipsas abiles inter sese ad cōiunctionē esse oportet
 at, nemini dubiū est, puto ecclīasticam ciuitatē, quę
 deo cōiunctissima est, purā, mundā, sanctā, imacu
 latāq; existere. Veritate etenim prima qua cōfirma
 tur ac in qua fundatur & errorū omniū expers pura
 mente pseuerat, & dilectiōe ppetua, qua ipsa in xp̃o
 & xp̃s in ipsa manet usq; ad sęculi cōsumationē, ab
 omni uitiorū sorde & cōtagione remota est, atq; ita
 uirtute bonitateq; pficitur ac uallat̃, ut neq; mors
 neq; uita, neq; instantia, neq; futura, neq; altitudo,
 neq; pfūdū, neq; creatura alia, illā possit a xp̃i amo
 re separe. Recte igit̃ ciuitas hęc nr̃a. q̃nq; dē oīum cę
 lestiū uirtutū p̃cipua a deo pollet sc̃titate, oībus ea
 ceteris mūdi dignitatibus, ptātibus, īperiis añcellit.
 ¶ Satis esse arbitror huius ciuitatis demōstratā san
 ctitatem, quę ciuitas quia sancta est, iure optimo a
 sancto spiritu nomen illi impositum est p̃clariss.

*ut exhiberet sibi eccliam
 nō sicutē mōdā aut ex
 gram. cap. 5.*

2. *stipitum.*

Is enim hanc sanctam ciuitatem Ierusalem appella-
uit. Quod profecto nomen ob hanc causam adep-
ta est, q̄ Ierusalem non modo pacem ipsam, sed ea
etiam quę pacis sunt innuere, sanctorum interpreta-
tione tradatur. Tria igitur in hoc sunt. Nam &
hoc Ierusalem atq; pacis optimum est, & id uerum
huius ciuitatis nomen, & postremo huic ciuitati ita
propriū, ut nulli præterea alteri uere conuenire
possit. Optimum certe est. Nam optimum res pax
est, adeoq; magna & diuina, ut uniuersa creatura
hanc appetere, & perq̄ desiderare uideatur. Cum
enim pax ipsa (Augustino teste) tranquillitas or-
dinis sit, & tranquillitas ordinis tunc sit, cum seclu-
sis contrariis quibusq; ordo conquiescit, constat res
omneis siquidem naturaliter fines suos appetant,
& impediētia cuncta summouere contendant, pa-
cem appetere, pacisq; & quietis fructus ut adipiscā-
tur summa ope laborare. q̄ autem Ierusalem pa-
cisq; nomen uerum nostrę ciuitatis nomen sit is te-
stis bonus est, qui dixit, & factus est in pace locus
eius, dei scilicet, qui & huiusce urbis fines pacem
posuit, & tantam in ea uoluit propagari abundan-
tiam pacis, ut ciues ipsi non modo cum deo pacis
autore & principe, non modo inter se omneis pacē
haberent / sed singuli etiam pacis tranquillitatiq;
abundantia, & intelligendo in ueritate, & appeten-

*pax uera uis
sunt.*

*qd sunt
H*

p. 5.

10. 147

do in ip
hec urb
domici
qui qu
ram pac
pacifici
tant, qu
annunc
ferūt, &
se pacem
rusalem
David
a domi
patres:
lectum
cem sua
di hom
ut mole
uera cot
sed disu
dat, &
inuenitu
quillitas
nitatis.
fuit unō
Pax Ch

do in ipsa bonitate conquiescerent. Ea uero pax, hęc urbs Ierusalem, hoc sanctissimū dei hominūq; domicilium, non quidem impiorum hominū est, qui quomodo non uera bona sectantur, ita nec ueram pacem inquirunt, sed illorum est patres, qui pacifici sunt, qui pacis domum unanimes inhabitant, qui pacem his qui prope & his qui longe sunt annunciant, qui his ad quos diuertunt, pacem deferūt, & cum hospitio recepti nō sunt, redeuntē ad se pacem ipsi recipiunt. Illorum est hęc sanctiss. Ierusalem, quę ex uiuis lapidibus construitur, de qua David loquitur & cuius portarum sere ac claustra a domino confortantur. Hęc est illa Ierusalem: patres: in qua/sicut pauloante inter diuinas res perlectum est, rex pacificus pacem relinquit nobis, pacem suam dat nobis, sed nō quomodo huius mundi homines dant, ipse dat nobis. Ii enim pacē dant ut molestia careāt, sed pax ibi uera non est, ubi nec uera concordia est, nec corda hominum coniuuncta sed disiuncta sunt. Ea autem pax quam Christus dat, & quę in testamento pacis, & in Ierusalem inuenitur, ea est: patres: amoris uinculum tranquillitas animi, simplicitas cordis, consortium diuinitatis. Quis unq; uidit uel audiuit talia? Quid fuit unq; tam singulare, tam nouū, tam inusitatū? Pax Christi nō modo corda nostra, & nostras intell

ps. 147

X

ligentias custodit, sed omnem etiam & humanum
& angelicum sensum exsuperat, omnisq; homo san-
ctus uocatur, qui scriptus, & qui relictus, & qui re-
siduus fuerit in Ierusalem. Hanc itaq; præclaram
in mutatione mundi, rerum nouitatē, uidens Io-
annes, ciuitatem hanc non solum sanctam, non so-
lum Ierusalem, sed nouam etiam Ierusalem spiritu
sancto dictante appellauit. Noua est enim. Nā qui
in throno sedebat, & qui de thesauro suo noua &
uetera profert, noua in ea fecit omnia. Fecit nanq;
ut neq; languesceret, aut ueterasceret unq;, neq; se-
nio conficeretur. Ex quo fit, ut hęc longē sit origi-
ne, dignitate, atq; autoritate eminentior Hebreo-
rum synagoga, quæ per antiquæ legis uetustatem
consumpta, cultum & notitiā ueri olimq; promissi
dei filii solita pertinacia atq; animi obstinatione re-
pudiavit. Nam cum in synagoga ipsa in hodiernū
usq; diem uetus homo sit, uetus lex, uetus fermen-
tum, pristina conuersatio, in nostra certe hac noua
Ierusalē oīa noua sunt nouū cor, noua lex, nouus
homo, noua conspersio. Quę enim maior nouitas
esse potest, q̄ deū hominem esse, & rursus hominē
deum, eundemq; uerum deū ac hominē, clauis cō-
fixum, spinis coronatum, & innumeris affectū con-
tumeliis, non aliis ipsum armis q̄ cruce, q̄ morte, q̄
uulneribus, infernū uicisse/celos ascēdisse/ad patris

hęc. 4.

apoca. 21.
m. 13
noua ceta.

deus hō

dextera
gem tru
petua a
peres/a
re terra
& erro
peraret
domin
rentur/
Christi
goga p
tra hun
dines/op
ferro u
perarun
propria
na nou
la unq;
na eccle
tionis p
clare sc
stri gra
adeo n
cti sanc
fuerun
tur/ad

dexteram confedisse/ propterq; suum nomen ac le-
 gem trucidatos/ & gloria/ & honore & felicitate per-
 petua affecisse. Quid? q; illius discipuli rudes/pau-
 peres/ abiecti/ obscuriq; homines/ cum uniuersus fe-
 re terrarum orbis/ ignorantie tenebris inuolueretur
 & erroribus ac superstitionibus sceleribusq; obtem-
 peraret tot atq; tantis/ ut demones omnium gentiu
 dominarentur/ ac summopere ab hominibus cole-
 rentur/ hunc tamen ipsum mundum immundū ii
 Christi discipuli/ ii ex infima plebe uiri/ cōtra syna-
 gogæ pontifices / contra mundi imperatores/ con-
 tra humani generis hostes / contra leges/ consuetu-
 dines/ opiniones/ non armis non opibus/ non ui aut
 ferro uicerunt/ sed fide tantum spe / & charitate su-
 perarunt/ purgauerunt/ illuminarunt/ Tam autem
 propria est nostre ecclesie diuina atq; sempiter-
 na nouitas hæc/ ut nulla hominum ætas fuerit/ nul-
 la unq; ciuitas aut resp. que non ab hac Christa-
 na ecclesia cuncta acceperit/ que filiorum dei adop-
 tionis ppetue existunt. Nam ut a diuo Thoma pre-
 clare scribitur/ summū illud dei beneficiū/ quod no-
 stri gratiam appellant/ & quo dei filii efficimur/ id
 adeo noui testamenti est/ ut a mundi creatione san-
 cti sancteq; oēs quatenus nature diuine participes
 fuerunt/ eatenus sub nouo testamēto cōprehendan-
 tur/ ad quod ueteris omnia sunt referenda.

51. 154

101. 3

cod. sa. ap. ca.
aug. de celo descende
ista ciuitas de pncale
ste. a gra quid dixerim
ste. at. p. quod dicitur
yam. ego sum dicitur fa
ciunt te. cap. 45.
et de celo quodam ab hinc
sui descendit ex q. x. in
scali. hinc gradus de sup
venit de planitie regis
uicem. in spu. s. in isto
de celo subinde ciues ei
uicem aut.

¶ Verum cum hoc fieri nequiuert, ut excellēs hęc
diuini humaniq; consortii nouitas ex terra terre-
nisq; rebus oriretur, quod enim natum est ex carne
caro est, & quod natū est ex spiritu spiritus est, par-
certe, & consentaneum rationi fuit, ut de cęlo ciui-
tas hęc sancta & noua Ierusalem descenderet. De-
scendit namq; de cęlo urbs hęc noua, cuius funda-
menta, nec in poetarum figmentis, nec in humanae
sapiētiae persuabilibus uerbis, neq; in cuiusuis mor-
talis aut creatę uoluntatis appetitu seu opinione,
iacta sunt, sed quę in montibus sanctis, hoc est in
patriarcharum figuris, in prophetarum testimoniis
in p̄coniiis apostolorum, in suppliciis martyrum,
in admirandis Christi operibus, in sanctorum pro-
borumq; hominum purgatissimis mentibus in uir-
tutis deniq; & spiritus ostensione inconcussa ac fir-
ma perseuerant. Descendit autem de cęlo nō gressi-
bus corporis, sed imitatione ac similitudine. Illius
namq; exemplo/quę in cęlis est reip. beatissime hu-
ius quę in terris est regimen cōstituit deus, ut illud
non penes omneis aut multos, sed penes unū Chri-
sti uicarium, & dominici gregis pastorem consistat.
Nam sicut in Ierusalem illa quę in cęlis est mater
nostra unus tantum dominus est Iesus Christus,
ita in hac Ierusalē illius filia, quę Christi sanguine
irrigata & matris est illustrata splendoribus, unus

tantum
ximus,
colae ne
simul
in supe
tum u
nium c
ro p̄co
iis tem
propo
in amb
rum ta
Christ
tres: re
constit
¶ Qui
audisti
in prin
post, tu
disse af
ecclesia
scendit
bus, &
culdub
imitati
nō utic

tantum princeps est uicarius Christi, & Pont. ma-
 ximus, cui omnes descendentes Ierusalē ciues & in-
 colæ non solum ut separatim singuli, sed etiam ut
 simul uniuersi obedire debent, quemadmodū qui
 in superna sunt Ierusalem sancti, cum singulatim,
 tum uniuersę/diuisimq; ac simul omnes uni om-
 nium creatori subsunt, parent, obtemperant. Vt ue-
 ro preclarissima hæc sunt, at dicet forte quis, cum
 iis temporibus duæ nobis ecclesiæ & duæ synodi
 proponantur, una Romana, Pisana altera, utrum
 in ambæ de cęlo descenderunt? Alteram enim ea-
 rum tantummodo descendisse necesse est, siquidē
 Christi sponsa una est, Sinite me hoc in loco: pa-
 tres: respirare paulisper, nam quid a uobis in hac re
 constituendum sit, paucis dicam.

¶ Quinq; Christi ecclesiæ conditiones nobis (uti
 audistis) sanctus Euangelista proposuit. Illā enim
 in primis esse ciuitatem, deinde sanctam, Ierusalem
 post, tum nouam esse, & de cęlo postremo descen-
 disse affirmauit. Illam igitur synodum & in terris
 ecclesiam militantem, quam de cęlo credimus de-
 scendisse, consentaneam esse prescriptis conditioni-
 bus, & in cęlo triumphantis ecclesiæ formulis pro-
 culdubio reperiemus. Eam uero quæ a supernorū
 imitatione prolapsa in preceps, ab illis deflectit uia,
 nō utiq; de cęlo descendisse quin potius ab inferis

ascendisse iudicabimus. Hoc quando ita se habet
non descendit de celo: patres: Pisana nuper pa-
trum illorum ecclesia, non descendit de celo infau-
stus ubiq; & inuisus cętus, non tantum e celo faci-
nus, non descendit: inq;: sed ruit. Quamobrem:
Quia non obseruat ea que cęli sunt. Non imitatur
que celorum regni esse traduntur. At quare hoc
rursus? Quia prorsus aliena est, a reuelatis aposto-
lo conditionibus. Vt autem eas congruo ordine
percurramus, quis uestrum putabit: patres: illum
conuentum qui unius tantummodo nationis est,
si tamen unius est, & non dimidiatę uel nullius po-
tius gentis legitima coitio, quis putabit illum, uni-
uersam coegisse synodum, eius ciuitatis, ad quam
fortitudo gentium uenit, ad quam multitudo ma-
ris conuertitur, ad quam omnes per circuitum or-
bis terrarum congregantur, cuius minimus in mil-
le est, & paruulus in gentem fortissimam: Tantū
enim abest, ut ecclesia illa pisana/ uera dei ciuitas sit
quantum abest, ut sancta & legitima sit, tantumq;
recedit a candore sanctitatis, quantum ad errorum
sordes accedit, accedit autem plus tātō, quanto ma-
gis & Petrum ecclesię, & Papam Concilio, & suo
conciliabulo summū/uerum/certumq; Christi ui-
carium subiicere conatur. Quod tamen nil aliud
est mea sententia, q̄ nature ipsius rationisq; ordi-

ad quod dicitur

ppm co alio subiicere conam qdā

nem p
storiq;
illud p
nequa
nec ord
ecclesie
contra
cōmou
do pac
eis fun
memor
uellem
dus, sy
bel pot
cit, & c
nōnull
prescrip
Nouit
sitatum
re, ut m
ret, oue
piti. F
sed ta
ctissim
hanc i

nem peruertere, & filios patri, & membra capiti, pa
 storiq; ipsi suarum greges ouium p̄ficere, Sed &
 illud perspicuum est, Ierusalem nomen illi ecclesiæ
 nequaq; conuenire, propterea/q; nec pacem habet,
 nec ordinis tranquillitatem, q; tam excellentem
 ecclesię ordinem subuertere cõmittitur, utpote/que
 contra Romanam ecclesiam togata armataq; bella
 cõmouerit, quæq; ad quoscũq; diuerterit, non mo-
 do pacem illis non attulerit, sed spem omnem pa-
 cis funditus euerterit, Quæ singulatim omnia cõ-
 memorarem, nisi intelligerem nimio etiam plus q̄
 uellem esse manifesta. Non igitur Pisarum syno-
 dus, synodus Ierusalem est, sed ciuitas ac turris Ba-
 bel potius, quæ in terra Sennaar confusionem fe-
 cit, & concordiam ædificantium disiecit. At dicent
 nōnulli, saltem una ex multis/ & quarta ex quinq;
 p̄scriptis conditionibus Pisano cetui conueniet.
 Nouitas scilicet. Quid enim tam nouum & inu-
 sitatum, ac mirabile est / q̄ esse qui conentur effice-
 re, ut miles duci, filius patri, domino seruus impe-
 ret, oues pastori, deniq; pedes & cetera membra ca-
 piti. Fateor equidem & ego quoq; noua hæc esse,
 sed tamen aliena prorsus ab illa sempiternæ san-
 ctissimæq; ciuitatis nouitate. Multum enim inter
 hanc illamq; interest nouitatem. Nomen utrisq;

848
commune est, sed res & significatio diuersa. Hęc
enim Ierusalem nouitas a spiritu sancto est, & ęter-
na est. At illam Pisanam unica tantum obedię-
tia & ecclesię pars tunc effecit, cum scismatis illius
tempore tres ita maximi Pontifices habebantur, ut
nullus eorum aut certus quidem, aut absq; ambi-
guitate uerus Petri successor existimaretur. Hęc
itaq; nunc Pisana nouitas Constantię tunc ortum
habuit, & euanuit, Basileę repullulauit, & explosa
est, atq; iis etiam temporibus: si uos uiri eritis
interibit, quemadmodũ sub Eugenio quarto sum-
mo maximoq; huiusce sedis Pontifice repressa est.
Neq; enim de cęlo descendit, atq; ob id diuturna
non est, neq; unius principatum amplectitur, qui
& in illa triumphante ecclesia est, & hanc mili-
tantem conseruat, quenq; synodus Pisana ample-
cti deberet, si e cęlo descendisset, & nunquam mul-
titudinis regimini (uti facit) inniti. Longe igitur
ab hac Christi Pisanarum ecclesia discrepat. Hęc
enim fidelium est, illa cauillantium: hęc dome-
sticorum dei, illa aberrantium: hęc Christiano-
rum hominum, illa uero eorum / qui Christi ue-
stem conscindere, & a mystico Christi corpore my-
stica Christi membra seiungere non uerentur.
Habetis: patres: quid de Pisana synodo cõmuniter

constitu
sensu au
Cum
iam uic
necessar
patet, ec
fecta re
bet sanc
ęterne
cum un
de cęlo
debean
sanctur
Primu
dictum
rum n
eorum
exsupe
sentia
ueritat
quom
lo Co
contin
qui ap
uis rel
Et tan

constituendum sit, nunc de nostra Laterana & de sensu animi mei pauca dicam.

¶ Cum ecclesia pisana de celo non descenderit, ut iam uidimus, & alteram ex propositis descendisse necessarium sit: hoc enim posuimus paulo ante: patet, ecclesiam nostram quam Latera. synodus perfecta refert, diuinam illam esse ciuitatem, que habet sanctitatem propriam, pacisq; abundantiam, & eterne nouitatis azimos & sinceritatis panes, quecum uno summo unius Christi uicarii principatu de celo descendit. Hec tametsi magno nobis esse debeant argumento, Concilium nostrum rectum sanctum/atq; legitimum esse, huc accedit tamen.

¶ Primum q; Concilium hoc a Romano Pont. indictum, inchoatumq; est, deinde q; preclara nostrorum maiorum Concilia non imitatur modo, sed eorum etiam multa apostolici splendoris presentia exsuperat, q; eidem postremo propterea quia presentia hac illustratur, dominus promittit, spiritum ueritatis omnem illi ueritatem esse patefacturum. Quæ quom ita sint nequaquam illis assentior: patres/ qui solo Concilii nomine audito, rem sanctam & utilem continuo arbitrentur effectam esse. Propterea, q; qui aptius & callidius fallere consueuerunt, in prauis rebus honesta uocabula pretendere sunt soliti. Et tamen Concilium illud probo, quod suis parti

E

1
2
3
4
5
6
7

bus omnibus absolutum perfectumq; est, quodq;
illa habet, quæ & necessaria Conciliis sunt, & a sa-
cro sanctis requiruntur atq; expectantur. Expectan-
tur autem multa hoc tempore / & requiruntur, atq;
hæc potissimum, ecclesiæ uidelicet reformatio, mo-
rum prolabantium restitutio, exorti iam scismatis
oppressio, conuersio infidelium, reuocatio hereti-
corum, roboratio optimarum legum / atq; sanctio-
num, quæ ad salutem uniuersæ fidei Christianæ
pertineant, atq; illa etiam quæ passim deprauata &
deformata cernimus, ut ecclesiasticæ dignitates be-
nemeritis tribuantur, uirtutes præmiis honorentur,
uitia aut seuerè puniantur, aut saltem ab honori-
bus & præmiis arceantur. Hoc enim nostrum La-
teranense Concilium, quod pia origine, & ab au-
tore suo sanctè & legitime inchoatum est, si ad pro-
prium quoq; & cognatum finem corrigendi atq;
emendandi quæ detorta sunt pertenderit, nulla erit
ratio / quare qui contradicere: aut ullo pacto oppo-
nere se uoluerint / temerarii / amentes / scelerati insu-
per & nepharii homines non merito existimentur.
Quare si Concilium hoc nostrum eum finem exi-
tumq; habere desideratis, quem sanctissima semper
floquentissimaq; Concilia habuerunt, de iis: patres:
quæ iam dixi, prouidendum est diligenter, atq; de
hoc celeriter omni cura diligentiaq; constituendū,

quod n
silentio
ces / qua
pastore
mo Po
terdixi
nibus i
turbari
tam exi
bus illi
quid es
cinus a
tres: L
ri clarif
do, con
Dyosco
taua fu
diarum
nus cet
urbis e
tem no
te Cor
num e
etiam
admo
Dyosco

quod neq; hodierno die dissimulare possum/ neq;
 silentio ullo pacto praterire. Iactantur enim uo-
 ces/ quæ etiã ad aures meas perueniunt, percussum
 pastorem, oues dispersas, Pisanam synodum, sum-
 mo Pont. & in terris deo, potestate autoritateq; in-
 terdixisse. Maximis ecclesiam: patres: & dissensio-
 nibus inuolui, & nouis quibusdam uexari, & per-
 turbari malis iam pridem uidimus, sed hæc tanta
 tam exitiosa, tot periculosa haberi consilia, a patri-
 bus illis, quis queſo unq; putauisset? Nunc quic-
 quid est, quantum ad uos delatum dedecus, & fa-
 cinus admissum sit uidetis, Memoria tenetis: pa-
 tres: Legistis enim q̄ plurima, quid aliquando ui-
 ri clarissimi & sapientissimi in Calcedonensi syno-
 do, contra Ephesiam secundam, & illius principē
 Dyoscorum, quid in Constantinopolitana que oc-
 taua fuisse dicitur, contra Fotium omnium discor-
 diarum factorem decreuerunt. Propterea/ q̄ Ephesi-
 nus cætus grauer errauerit, Dyoscorus in Leonē
 urbis episcopum sententiam scripserit. Fotius au-
 tem non solum absq; Romani Pontificis autorita-
 te Concilium congregauerit, quod quidem alie-
 num est ab homine Christiano, sed in Nicolaum
 etiam summū Pont. ⁱⁿathemata protulerit. Quem-
 admodum igitur conuentus Pisanus Fotium &
 Dyoscorum secutus est delinquendo, ita uos con-

fulendo/atq; animaduertendo celeriter, synodum
Calcedonensem/illamq; Constantinopolitanam
imitemini. Incumbite: patres: ad ouium gregem,
ad pastoris autoritatem/ salutemq; ecclesiarum om
nium respicite. Prouidete quod ipsum & facile fa
ctu est/& fieri debet: prouidete patres: ne quis ta
lia post hac unq; non modo perpetrare/ sed ne cogi
tare quidem aut desiderare possit. Verum ne san
ctissimo Concilio nostro, in tot aduersis rebus/ ad
cōmunem salutem & conseruandam/ & amplifi
candam, legitima p̄sidia desin t, quin id potius q̄
oium uotis expetit̄ desideriisq; postulatur, ad debi
tum finem perueniat, ad te cōuertor Iuli Pontifex
Maxime q̄ ea abs te peto/ quæ tuę uirtutis/ tuę di
gnitatis/ tuę potestatis propria sunt. Antea enim
cum in singulis rebus insiscebamus, alios ordines
ecclesiæ inferiores sumus allocuti: nunc de summa
rerum dicturi breuiter, summum principem & ca
put omnium appellamus. Te itaq; pater beatissi
me obsecro atq; obtestor: tua enim post deum ma
xima est potestas, tuum est imperium, tua reipub.
gubernatio, Christianæ fidei defensio: obsecro inq̄
& obtestor / hoc omni studio cures atq; effitias: ut
hæc synodus Lateranensis per te congregata/ quem
admodum ecclesia quā refert/ de cęlo descendit/uti
Ioannes uidit: ita cum illa rursus ascendat in cę

ad pontificem
Iulium 27

lum. H
precam
imperat
dei, cui
tis, sed
suis dei
imitabe
ris, acci
gere, bi
mundi
prium,
habere
cæ pote
re super
ni gene
intend
siones,
sum, &
sed etia
prospe
do, tur
tando
quem
ceps, &
Hanc
perfect

lum. Hoc enim uniuersi totis deuotisque animis de-
 precamur : Assequetur autem hoc te uolente teque
 imperante, si tu ipse : pater sancte : omnipotentis
 dei, cuius uices in terris non solum honore dignita-
 tis, sed etiam studio uoluntatis gerere debes, si ip-
 sius dei, potentiam, perfectionem, sapientiamque
 imitaberis. Atqui ut in primis potentiam imite-
 ris, accingere: pater sancte gladio tuo, tuo inquam accin-
 gere, binos enim habes, unum tibi reliquisque huius
 mundi principibus communem, alterum tibi pro-
 prium, atque ita tuum, ut illum alius nemo nisi a te
 habere possit. Hoc itaque gladio tuo, qui ecclesiasti-
 cae potestatis est accingere potentissime, & accinge-
 re super femur tuum, id est super uniuersas huma-
 ni generis potestates. Cumque accinctus fueris, tum
 intende contra errores, contra hereses, contra dissen-
 siones, denique contra inferni portas, errorum here-
 sum, & dissensionum autores. Nec intende solum,
 sed etiam procede, & regna, Procede in primis, &
 prospere procede, gentes quae bella uolunt dissipari
 do, tum regna sacerdos & rex, quae pacis sunt cogi-
 tando, inquirendo, persequendo. Is namque idem
 quem imitari debes, & rex regum est, pacisque prin-
 ceps, & dominus dominantium, rexque pacificus.
 Hanc autem summam potentiam tuam, diuina
 perfectio comitetur. Perfectio haec misericordia est,

pot

qua pater ille cęlestis & perfectus, solem suum ori-
ri facit super bonos & malos, pluitq; super iustos
ac peccatores. Nam si tanta ubiq; misericordia pre-
stabis, ut non modo amicos, sed inimicos etiam ac
hostes ad tui nominis reuerentiam, ad apostolicę
sedis cultum, ad Christi ecclesie unitatem, ad huius
Concilii manifestam professionem uenire compel-
las, recte pater sancte: dei perfectionem imitaberis
humano more. Nulla enim de uirtutibus omni-
bus nec admirabilior nec excellentior misericordia
est, nulla magis principi ppria, nulla potentię sum-
mę cognata magis atq; amica est. Hęc te pre regi-
bus terre excellentissimum, hęc te uniuersis popu-
lis adorandum, deoq; insuper te & gratum & ami-
cum & simillimum reddet. Verum cum multos
multarum nationum gentiumq; uiros clarissimos
per dei tuamq; misericordiam, ad hanc synodum
uenturos accessurosq; existimemus, una se tibi ad
hanc rem offert diuina sapientia, quę a fine ad fi-
nem fortiter attingit, & disponit omnia suauiter.
Huius nuper exemplo a fine ad finem tum attigi-
sti fortiter: pater sancte: cum indicto Cōcilio hoc
atq; inchoato uniuersos ad bene de christiana rep.
sperandum excitasti. Dispones autem suauiter, pro-
uidendo sapiēter, ne uocati a te iuste queri possint,
se ut par erat in re tãta expectatos nō fuisse. Quare

2^a Saps

postq; ho
sit de sin
uersation
tutum fe
nibus: q
mano Po
derari se
cum una
apostolic
delis pop
tionem:
rem con
cilium in
quam re
ctam esse
scendisse

Imp

362
postq̄ hodierno die, quod bonum / faustū / felixq̄
sit de singulis quę ad huiusce sanctissime synodi cō
uersionem & statum spectare uidebuntur consti
tutum fuerit: tum de iis quoq̄ constituatur natio
nibus: quę quom intellexerint Romę & a Ro
mano Pont. Concilium synodumq̄ haberi & desi
derari se atq̄ expectari: cunctę proculdubio nobis
cum una ad Christianę religionis disciplinam: ad
apostolicę autoritatis maiestatem: ad cōmunem fi
delis populi salutem: ad labentium rerum restitu
tionem: ad totius præterea ecclesię defensionem &
rem conuertentur. Sic nanq̄ hoc sacrosanctū Con
cilium in cælum ascendet: cum catholica Ecclesia
quam refert: & quam Ioannes ciuitatem esse: san
ctam esse: Ierusalem nouamq̄ esse / atq̄ de cęlo de
scendisse contemplatus est.

Dixi.

ROMAE

Impressa apud sanctum Eustachium per

Ioannem Beplīn. Alemanum de

ARGENTINA.

